

# CROSINO



1. Templum S. Iacobi.
2. Templum S. Alberti.
3. Monasterium Francisc.
4. Fara.
5. Curia.





M III 754

Inw. nr 2207

der. 2005

114. Episcopus Lubrantius, in ipsa vero vrbe Cenobium reit Deo alicatarum virginum ius  
Dominici regula & institutis viuentium, Anno 1595. à Præmislo Rege, Marchionum Brandeburgensium insidijs postea  
interfecto conditum.

In hac eadem vrbe Lubrantius, immortalis memoria dignus Episcopus non Collegium modo supradictum, sed &  
Academiam instituit: quàm à successoribus neglectam, Adamus Conarius Episcopus ita non pridem singulari cura &  
munificentia restaurauit. Sed nihil illustrius, nihil ad bonarum artium mercaturam vberius atque aptius habet Posna-  
nia, quam insigne illud Societatis Iesu Collegium ad Templum B. Stanslao dedicatum: ad cuius laudem vel vnum il-  
lud satis est, quod celeberrimum illum & Theologum & omnis litteraturæ peritissimum virum, Antonium Posseni-  
um produxit. Satrapæ huius Præfectus (Palatinum vocant) cum Cracouiensi velut dignitatis prærogatiuam parti-  
tus, alternis vicibus modo priorem modo posteriorem, quum in publico consessu, tum in suffragijs ferendis, locum  
obtinet.

### CRO S N A.



D territorium Episcopalis ciuitatis Præmisliæ (quæ etiam Castellani fulget dignitate) pertinet *Crosna* opidum  
muro cinctum, quod lasiolda fluuius circumluit, Visloca vero medium interfuit, multisque commoditatibus  
auget & iuuat. Nomen habet ab instrumentis textorijs, quæ lingua illa *Crosna* dicuntur: quod opidum  
hoc pannificio nobile semper fuerit, & adhuc sit. Sitam est & ipsum in confinibus Hungariæ, solo admodum  
fertili & amœno.

46

BIBLIOTEKA KÓRNICKA	
2207	M-III-754